



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

S. Brigitta V. 1. Feb.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41940**

**U**NUS sed maximum miraculum BRIGITÆ tota vita fuit. Omnia cura in miseros erogaret, nihil tamen a omnibus desiderabat. Sed neque post furta quidquam decedere visum est a grege, quam pascebat; ita huic aperius accedere, & innoxius inter armata agere. Vulpes quoque feritatem posse jussa, ut eandem Rex poneret, qui homini, quod aulae delicias vulpem alteram imprudens occidisset, necem parabat. Jam aqua in cervisiam, lapis in salem versa, pauperum subfilio. Porro oculos procorum ut virgo effugeret, id lacrymis a Deo impetravit, ut oculi foedum effluenter. Sed sic Christi oculis illa placuit, in cuius manum cum inter velatas virginies conveniret ad Aram, Ara, quod florem BRIGITÆ laudaret, frondes visa, oculisque decor suus redire. Sed & aliis oculos restituit. Ex his virginis ita volenti cætitatem denuo exoravit; cum supplicium haec crederet non videnda videre, dicaretque tunc etiam cum videret, nihil se in toto orbe vidisse. Felicius linguam aliis solvit. Ita mutam ad eum diem usque virgunculam manu molliter prehensam tam diu rogavit, num Christo nubere vellet; dum velle se respondit,

rectis-

I.F. 2. Feb. VITÆ SANCTORUM. 79  
re&fissimè prium linguâ usa. Cùm  
deinde femina infamis infantem edidis-  
set, parentem Episcopum Broonem  
mentita; linguam crucis signo à B R I-  
G I T T A signatam in patrocinium ipse  
infans solvit, & contra matrem testi-  
monium dixit. Tacebimus igitur nos.  
B R I G I T T A M rectius hic infans  
laudabit. Ex Sur. & Lippeloo.

Ira vincitur lenitate; mansuetudine ex-  
tinguitur furor; malitia bonitate palpa-  
tur; crudelitas pietate prosternitur; impa-  
tientia patientiâ punitur; contentio supe-  
ratur injuriis; superbiam humilitas ster-  
nit: qui ergo vult vitia vincere, pietatis  
arma teneat, non furoris. S. Pet. Chry-  
sol. serm. 38.

#### PURIFICATIO B. M. V. 2. Februarij.

I Bat dies à partu VIRGINEO quadra-  
gesimus, primus quo terra dignum a-  
liquando cælo donum offerret. Gestabat  
hoc præ pectore Virgo nuper, nunc ge-  
minâ felicitate Mater Virgo: latus Jose-  
phus claudebat, virgo virginis virginem  
gestantis comes. Gerebat illa munus  
in sinu, iste in oculis; arridebat eun-  
tibus cælum; & spectatores cives suos  
plenis agminibus effuderat; exiliebat  
lætitia tellus, & ad singula pedum vesti-  
gia singula fundere lilia gestiebat: cum  
interim jam Hierosolymam, jam

tem-